AUGUSTINUS
Klosterneuburg, 3. Drittel 12. Jh.
Seite 162r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=383
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

& medici pene codem sonant ut exigua differentia distinguantur in aures; propter occasionem quorum iste locus accipiendi essent gigantes significare voluerunt. Si enim superbos gigantes nomine insinuatos intelligam de quibus dicit apostolus. ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor huius seculi? nonne fecit deus insipientem sapientiam huius seculi? nunquid propter sapientiam suam placuit deo per stultitiam predicationis saluos facere credentes. Contra quos dicitur domini est salus. Si autem in bonis accipimus gigantes? quia de ipso domino dictum est exultauit sicut gigas ad currendam uiam. quod ita sit gigas gigantum magnus scilicet & fortissimus. qui in a nomine ecclesia spiritali robore excellunt. sicut est mons montium quia de illo scriptum est. erit in nouissimis temporibus manifestus mons domini paratus in cacumine montium. sicut & ceteros. non est absurdum ut idem ipsi magni & fortes & medici uocentur. Unde dixit apostolus paulus. si quo modo emulari possem carnem meam. ut saluos faciam aliquos ex illis. Sed & tales medici quantum in se de suo curant quia nec medici corporis curant de suo. tamen quantum libet per fidelem ministerium optulantur salutem uiuentes curare possunt non mortuos excitare. De quibus dictum est. Nunquid mortuis facies mirabilia. Si mihi enim occulta dei gratia est qua hominum mentes quodammodo reuiuiscunt. ut possint a quibuslibet a ministris peccata sanentur audire. Quam gratiam commendat in euangelio dicens. Nemo potest uenire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Et paulo post. Amen amen hoc ipsum repetens. Verba quae ego locutus sum uobis spiritus & uita sunt. Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. Deinde interponit euangelista. Scit enim ab initio iesus qui essent credituri. & quis traditurus eum esset. Et secutus adiecit. ipsi domini uerba coniungens. Et dicebat. Propterea dixi uobis. quia nemo potest uenire ad me nisi fuerit ei datum a patre meo. Supra dixerat. sed quidam ex uobis qui non credunt. & tanquam huius rei causam exponens. propterea inquit dixi uobis. quia nemo potest uenire ad me nisi fuerit ei datum a patre meo. ut ostendat & ipsa fide qua credit & ex morte suscitatis anima reuiuiscat dari nobis a deo. Quantum libet ergo excipiamus excellentes uerbi predicatores & uentatis & miracula sua fortes. tanquam magni medici agant eum hominibus si mortuis & tua gratia non reuiuiscunt. nunquid mortuis facies mirabilia. aut medici excitabitur & hi quos excitabunt confitebuntur tibi. Hec enim confessio indicat uiuos. non sicut alibi scriptum est. a mortuo uelut qui non sit propter confessio. Nunquid enarrabit quis in sepulchro misericordiam tuam. & uentatem tuam in perditione. Sed audiamus quid supra dictum est. ut iste uersus ita se habeat — ac si dictum sit. Nunquid enarrabit quis uentatem tuam in perditione. Misericordiam quippe & uentatem amat scriptura coniungere maxime in bono. Quod uero ait in perditione. alio uerbo repetuit — quod supra dixerat in sepulchro. Sic autem — dictum est in — in sepulchro. ut intelligantur hi qui sunt in sepulchro. qui & supius significati sunt nomine mortuorum. ubi ait nunquid mortuis facies mirabilia. Animae namque mortuae corpus sepulchrum est. Unde dominus in euangelio dicit. Similes estis sepulchris dealbatis. quae foris apparent hominibus speciosa. intus autem plena sunt ossibus mortuorum. & omni spurcitia. Sic & uos a foris quidem paratis hominibus iusti. intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Hunc quod cognoscant in tenebris mirabilia tua. & iustitia tua in terra oblita. Quod est in tenebris. hoc est in terra oblita. In fidelis enim significantur nomine mortuorum. Hinc dicit apostolus. fuistis enim aliquando tenebre. Sic & terra oblita. homo est qui oblitus est dominum. Potest namque anima in fidelis usque adeo tantas tenebras pacitur ut dicat stultus in corde suo. non est deus. Totus quoque iste sensus ita continuatur atque contexitur. Clamauit ad te domine in mea passione meas. tota die expandi ad te manus meas. id est non destitui ad te glificandum exten